

## **Werk**

**Titel:** Erucarum ortus, alimentum et paradoxa metamorphosis

**Autor:** Merian, Maria Sibylla

**Verlag:** Oosterwyk

**Ort:** Amstelædami

**Jahr:** 1717

**Kollektion:** Zoologica

**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

**Werk Id:** PPN476830389

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN476830389>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=476830389>

**LOG Id:** LOG\_0045

**LOG Titel:** XXXVIII. Foeniculum hortense

**LOG Typ:** chapter

## **Terms and Conditions**

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## **Contact**

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

XXXIV. *Hædera terrestris florens.*

**H**æcce herba virentis hujus erucæ pabulum est, tacta circumvolvitur, diuque circumvoluta jacet immobilis, in fine julii transfiguratur & Augusto mense phalæna excluditur, cujus alæ lignei coloris, superiores autem lineis viridibus exornatæ sunt.

XXXV. *Iris Hortensis Latifolia.*

**S**uper hacce durâ viridi fronde hujuscemodi virides erucas inveni, quâ certo temporis spatio illas enutrivî, his aliquando neglexeram escam præbere, ubi semetipsas edendo consumebant, recuperato tamen ordinario pabulo ab effrænata rabie destiterunt, gressûs erant celeris, octobri mense metamorphosin subibant, anni sequentis mense martio fuscæ prodiere phalæna, quarum alas ambas alba macula notaverat.

XXXVI. *Plantago major.*

**H**æcce folia viridis & tardigradæ admodum erucæ pabulum sunt, hac herbâ illam in augustum usque mensum enutrivî, ubi in aureliam fuscam immutabatur, ex quâ mense decembre phalæna fusca infra figurata prodiit.

XXXVII. *Grossularia hortensis majore fructu rubro.*

**E**jusmodi erucas virides hisce super arbusculis inveni, foliisque in principium usque decembris enutrivî, ubi in aurelias spadicei coloris immutabantur, sequentis anni mense februario elegans alba, lineisque nigris strigata phalæna inde prodiit, ovula pariens subviridia.

XXXVIII. *Fœniculum Hortense.*

**S**uper hacce stirpe eruca formosa reperitur, per universum viridis, vinculis nigris instar holoserici, colore auriaco

punctatim intertextis distinctum corpus habens, amœnum spirat odorem, tacta duo auriaci coloris cornula protendit, firmata viridem in aureliam, paulatim ad cinereum colorem tendentem variabatur, hæcce phalæna formosum illum papilionem à curiosioribus vulgò : (basse la Reine : dictum aprili atque majo mensibus ut & decembre jucundè flavum, nigroque colore adornatum exclusit.

XXXIX. *Mentha Hortensis verticillata.*

**H**Æc herba elegantis albæ virescentibus lineis virgatae erucæ pabulum est, tacta caput sæpiùs hùc illuc jactitat, telà tenui confectâ in aureliam fuscâ mutabatur, augusto mense fusca, haud secus ac auro adornata phalæna prodiit.

Subflavam quoque eruculam similem hac super herbâ deprehendi, colorem hæcce mutabat, in roseum conversa, sed interiit.

Anno 1700. Super herbâ : (callelou :) dictâ non absimiles in patriâ Surinamensi erucas animadverti, quæ herba ejusdem incolis usûs, cujus nobis Rumex Sativus est, decimâ octavâ martii die in aurelias immutabantur, vigesimâ sextâ ejusdem coloris lignei phalænae ex illis educebantur, quales in figurâ superiùs exhibentur.

XL. *Consolida regalis Hortensis.*

**S**uper hacce florum stirpe svavicolor eruca deprehenditur, decorè virgata, venustèque punctata, valde tamen tardigrada, hanc in finem usque julii enutrivit, tunc in aureliam conversa, sequentis anni mense majo hujusmodi decora, rosea, albo nigroque colore adornata, sed ad volandum segnis phalæna producta fuit.

XLI. *Atriplex Sylvestris.*

**I**N folii nervulo erecta eruca representatur, quæ usque adeò de folio in folium sese conferre novit, dummodò illud attingere potis sit, coloris est ex pallido viridis, à me servata fuscâ  
cam